



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Modestvs Episc. 18. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

melioris. Bona mors, si peccato moriaris, ut justitiae vivas. Hæc mors necesse est ut præcurrat; ut sequatur illa secura. Dum viuis in carnis, morere mūdo, ut post mortem carnis Deo vivere incipias. S.Bern.ep.105.

S. MODESTVS EPISC. 18. Decembris.

NObiliores nemo MODESTO habuit cunas. Rogas quales? carceres fuere, in quos ad captivum patrem vix natum mater asportauit, docuitque à teneris Martyrē esse. Quinto à partu mense inter preces uterque parens inibi animam Deo reddidit, opulentam filio hereditatem vincula post se relinquens. At hanc invidens Maximianus Imp. educendum viro Senatorii ordinis tradidit. Sperabat hic patris nomen; sed cum primùm MODESTVS per ætatem intelligere cunatu la sua potuit, doluit seilicet vel insciūm se à parentum vestigiis deflexisse: & degenerem tam diu se putavit, quousque fugā Athenas delatus Christianis se junxit. Hic dum sacro lustratur fonte radiante ignibus columnam in caput pueri descendere Episcopus vidit. Cum deinde è civi genium malum, è forore verò heri sui morbum depulisset, heredem hic MODESTVM cum ceteris liberis suis scripsit. At isti, quò potius accederet aliquid ad hereditatem, quam decederet, Ægyptio hemini: & à sacrī nostrīs alieno adolescentem vendiderunt. Septem annos cùm servisset, è servitute Deorum tandem etiam dominum eripuit, & libertus Solymas abiit. Ibi demum ad Patriarchatus dignitatem electus, cùm veneno infectum fontem purgasset, fontisque incolam serpentem neci, cacodæmonem sub cane latrantem fugæ dedisset, hospitioque, quin in ser- virutem

virtutem illum dederant , coheredes illos suos peramanter exceperat , dignatum natalibus suis mortem obiit. Sed amisit Ecclesia , vel cælo teste tunc columnam suam. Imò non atrofuit ; transfulit eò , ubi ipsa sese ædificat. Ex Menœt.

An non merito coronabitur , qui sic certaverit , mundum abiciens promittentem ; irridens inimicum tentantem ; & quod gloriosest est , de seipso triūphans & crucifigens concupiscentiam prurientem ? S. Bern. serm. 1. de Omn. SS.

S. MEGENGAVDVS C. 19. Decembris.

Illa demum vera nobilitas est , non pauciores virtutes , quam ceras quæ potest numerare. Potuit MAGENGOR Geldriæ Comes , idemque fortissimus militum dux , & hoc nomine Imperatori Ottoni II. cumprimitis chartis. E conjuge Gerbirge Zutphaniensi item Comite : cum filias .v. filium sustulisset unicum , hunc ipsum in primo ætatis flore , bello Bohemico amisit. Quid expetas ? scilicet lacrimas vel armato Marti exprimendas , & dignos patre gemitus ? viduos matris capillos , & lacerum planctu pectus & omnia alia audies. In funere filii mortuique vultu suum agnovere parentes , hoc est mortalem. Utique mortem lecturam maturos ætate fructus suos , quæ immaturos carperet : satis oppidò jam vixisse parentes , qui vixisse filium aspicerent. Convalescit igitur MEGENGOR & in tuto locare impedimenta , opes , hoc est , in cœnobio , cui Adelhaidem filiam præfecit deponere ; ipse quoque animo à mundo abesse , cum non posset corpore ; castitatem deinceps cum conjugé colere ; lectioni sacrarum literarum se dedere ; denique in oculis nihil

præter